



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

Parisiis, 1644

Titvli Capitvlorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

compenſabunt, quo diſcordiæ ſeruiert. Quod ſi vnus eorum, alio contemnente, ad ſatiſfactionem caritatis curre- rit, ex eo tempore iam pacificus intra eccleſiam re- cipietur, ex quo ad concordiam feſtinaffe conuincitur. Sententia tamen ſuperiori ſeruata, vt tempus, quod in ira expendit, geminatum pœnitentiæ ſatiſfactione per- ſoluat.

S E X T V M.

E X E O D E M. cap. 13.

Si epiſcopus expulſus auſus fuerit ingredi ciuitatem.

Et annotatur, iſtud cap. haberi ex epiſtola eiufdem ad epiſcopos Gallia.

Si epiſcopus expulſus auſus fuerit ingredi ciuitatem qua expulſus eſt, vel exire de loco in quo degere iuſſus eſt, iubemus eum in monaſterio, in alia prouincia conſtituto, tradi, vt qui in ſacerdotio peccauit, degens in mo- naſterio corrigatur.

 a CONCILIVM CARTHAGINENSE

b NOMINE VI. ORDINE TEMPORIS V.

c tempore Zoſimi, Bonifacii & Cœleſtini.

d De modo proſequendæ appellatiõis ad ſedem apoſto- licam interpoſitæ, celebratum præſentibus Romana ſedis aliarumve eccleſiarum e legatis viginti duobus. f Eſtque prouinciale.

TITVLI CAPITVLORVM.

ANNO
 CHRISTI
 419.

I. Allocutio Aurelii epiſcopi ſancti ad Synodum.

II. Reſponſio Fauſtini epiſcopi le- gati Romana eccleſiæ de his que in eccleſiæ partim Canone, par- tim conſuetudine ſunt firmata.

III. De commonitorio Romani papa recitato.

IV. Alypii epiſcopi reſponſio, pro Concil. Tom. 4.

veris exemplaribus Nicæni Con- cili perquirendis.

V. Vbi Fauſtinus epiſcopus dixit: vt Romano papa Synodus, pro in- quirenda Nicæne Synodi veri- tate, innotefcat.

VI. De ſententia Sardicenſis Con- cili recitata a poſtulate Noua- to epiſcopo.

VII. Vbi Augustinus episcopus cum Synodo Nicænum Concilium ser- uare promittit. IX. Vbi Synodus exemplaria Nicæni Concilii magis ab orientali- bus competenda decreuit.

VIII. Vbi Faustinus episcopus, pro dubietate recitati capituli, Ro- X. Professio fidei Nicæni Concilii.

ANNO
CHRISTI
451

IN hoc Concilio actum est, vt Nicænum Concilium ab episcopis orientalibus peteretur, cui Synodo interfuit legatio ecclesiæ Romanæ, Faustinus episcopus, Philippus & Afellus presbyteri.

POST consulatum gloriosissimorū imperatorum Ho- norii XII. & Theodosii VIII. Augustorum, VIII. Ka- lendas Iunii, scripta hæc sunt Carthagine in secretario ba- silicæ Fausti, cum Aurelius papa vna cum Valentino pri- mæ sedis Numidiæ, & Faustino ecclesiæ Potentina, pri- mæ sedis, prouinciæ Italia, Piceni, legato ecclesiæ Ro- manæ, sed & legatis diuersarum prouinciarum Africana- rum, id est, Numidiarum duarum, Byzacenæ, Maurita- niæ Sitiphensis, & Mauritanæ Cæsariensis, sed & Tripo- lis, & Vincentio Culusitano, Fortunatiano & ceteris epi- scopis prouinciæ proconsularis ducentis decem & se- ptem, nec non Philippo & Afello presbyteris Romanæ ecclesiæ, cum confedisent, adstantibus diaconibus, Au- relius episcopus dixit:

CAPITVLA.

I.

POST diem præstitutam Concilii, vt recorda- mini, fratres carissimi, multa flagitata sunt, per expectantes fratres nostros, qui nunc ad præsen- tem Synodum legati aduenerunt, quæ gestis ne- cesse est consocientur. Qua de re Domino nostro de tantæ congregationis cœtu gratias referimus. Superest, vt tam exemplaria Nicæni Concilii, quæ nunc habemus, & a patribus constituta sunt, quam etiam hic a prædecessoribus nostris, eandem fir-